

29 Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῶ ἐπάρχῳ πραιτω-
 ρίων. Θεσπίζομεν μηδένα τῶν εὐλαβεστάτων κληρι-
 κῶν εἴτε παρὰ τινος συγκληρικοῦ εἴτε παρὰ τῶν κα-
 λουμένων λαϊκῶν τινος εὐδὺς καὶ ἐκ πρώτης ἐν
 αἰτιάσει γίνεσθαι παρὰ τοῖς μακαριωτάτοις πατρι-
 ἀρχαῖς διοικήσεως ἐκάστης, ἀλλὰ πρῶτον κατὰ τοὺς
 ἱεροὺς θεσμούς παρὰ τῷ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ, καθ' ἣν
 ἦν ὁ κληρικὸς διάγει· εἰ δὲ ὑπόπτως ἔχει πρὸς ἐκεῖ-
 νον, παρὰ τῷ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπῳ τούτῳ πρῶτ-
 τειν· εἰ δὲ ὡς εἰκὸς οὐδὲ τὰ κατ' ἐκείνῳ αὐτὸν
 ἀρέσκοι, τηρικᾶντα πρὸς τὴν εὐαγῆ σύνοδον τὴν τῆς
 χώρας ἀγῶν αὐτὸν δικασόμενον, τριῶν ἅμα τῶν
 μητροπολίτη συνιόντων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων
 τῶν κατὰ τὴν τάξιν τῆς χειροτονίας πρωτευόντων
 καὶ τὴν δίκην ἐν τάξει τῆς ὅλης συνόδου κατεξετα-
 1 ζόντων. Καὶ εἰ μὲν στεροχθεῖη τὰ κεκριμένα,
 2 πραγματῶν ἀτηλλάχθαι. Εἰ δὲ οἰηθεῖη βεβλαφθαι,
 τηρικᾶντα ἐπικαλεῖσθαι τὸν μακαριώτατον πατριάρχην
 τῆς διοικήσεως ἐκείνης, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ κρινο-
 μένοις πάντως ἐμμένειν, ὡσανεὶ ἔτυχεν ἐξ ἀρχῆς αὐ-
 3 τὸς ἡρημένος δικαστής. Κατὰ γὰρ δὴ τῶν τοιού-
 των ἐπισκοπικῶν ἀποφάσεων οὐκ εἶναι χώραν ἐκκλησίῳ
 4 τοῖς πρὸ ἡμῶν νενομοθέτηται. Τοῦ αὐτοῦ τούτου
 φυλαττομένου καὶ εἴπερ ἐπίσκοπος ὁ μεμφθεὶς εἴη
 εἴτε παρὰ τινος τῶν καλουμένων λαϊκῶν εἴτε παρὰ
 τινος τῶν θεοφιλεστάτων κληρικῶν εἴτε καὶ παρ'
 5 ἑτέρου τινος θεοφιλοῦς ἐπισκόπου. Τὸ γὰρ εὐδὺς
 τὰς αἰτίας αἰσι ἀποτιθεσθαι παρὰ τοῖς ἀγνωστάτοις πατρι-
 ἀρχαῖς καὶ τοῖς αἰτιωμένοις εἰς ἕτερον ἀπάγεσθαι
 χώραν παντελῶς ἀπαγορευόμεν, πλην εἰ μὴ τὴν αἰ-
 τίαςιν τις ἐπὶ τούτῳ θείῃ, ἐφ' ᾗτε παρατεμφθῆναι
 τὴν ὑπόθεσιν τῷ τῆς χώρας θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ
 τηρικᾶντα γὰρ ἀδεια μὲν ἔσται τὴν αἰτίαςιν ἀποτι-
 θεσθαι καὶ παρὰ τοῖς θεοφιλεστάτοις πατριάρχαις,
 γράμματα δὲ γίνεσθαι πρὸς τινὰ τῶν κατὰ τόπον
 θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, ὥστε αὐτὸν ἀκροάσασθαι
 τῆς ὑποθέσεως κατὰ τὸν ἐμπροσθεν ὑφ' ἡμῶν ὑπη-
 6 (1) γορευμένον τρόπον. Οὐ μὴν τούτῳ ἀδειαν
 παρέχειν τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς κατιέναι καὶ
 ἀμειβόμενοις τῶν καλουμένων σπορτούλων τοὺς ὑπο-
 μνησκόμενοις ἐπιτρέψαι, ὅποιον δὴ τι μέχρι νῦν
 7 ἀμαρτάνεσθαι μεμαθήκαμεν. Ἐφ' ἐκάστῳ γὰρ
 προσώπῳ τῶν καλουμένων οὐ περαιτέρω τῆς ἐκτῆς
 τοῦ νομίσματος μοίρας κατὰ πρόφασιν σπορτούλων
 δίδοσθαι συγχωροῦμεν τοῖς παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων
 πατριαρχῶν καὶ μητροπολιτῶν στελλομένοις, ἢ εἴπερ
 ἐπίσκοπος εἴη ὁ μεμφθεὶς, ἄχρι νομισμάτων ἐξ ἐφ'
 ὅση δὴποτε ποσότητι καὶ οἰαδηποτε αἰτία παρέχεσθαι
 8 μόνον καὶ πλέον τούτου μηδέν. Ταύτου τούτου
 κρατοῦντος καὶ ἐπὶ τῶν μητροπολιτῶν, ὅταν παρ'
 αὐτοῖς ἀποτεθεῖη τις αἰτίαςιν κατὰ τινος τῶν ὑπ'
 αὐτοῖς ἐπισκόπων ἢ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης κληρι-
 κῶν. εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν πολιτικῶν δικῶν συστεῖλαι τὸ
 τῶν σπορτούλων καὶ δαπανημάτων μέτρον ἐσπεύσα-
 μεν καὶ τούτῳ νομοθεσίᾳ παραδοῦναι συνειδόμεν,

πολλῶ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν μένμενων τὴν
 9 (2) συμμετρίαν φυλάττεσθαι νομοθετοῦμεν. Εἰ
 μὲντοι παραπεμφθείσης τῆς υποθέσεως παρὰ τοῦ
 θεοφιλεστάτου πατριάρχου ἢ τιμι τῶν θεοφιλεστάτων
 μητροπολιτῶν ἢ ἄλλω τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων
 ἐνεχθεῖν ψῆφος καὶ μὴ στερχθεῖν παρὰ θατέρον μέ-
 ρους ἐκκλητός τε γένηται, τηρικαῦτα ἐπὶ τὸν ἀρχι-
 ερατικὸν θρόνον φέρεσθαι τὴν ἐφθεσιν κἀκεῖσε κατὰ
 10 (3) τὸ μέτρον νῦν κρατοῦν ἐξετάζεσθαι. Εἰ δέ τις
 τολμησεῖ παρὰ ταῦτα τι προᾶξει, ἀναδώσει μὲν πᾶν
 ὅσον εἴληψε τῷ ὑπερπραχθέντι διπλάσιον, γενήσεται
 δὲ καὶ ὑπὸ ἐκκλησιαστικῶν ἐπιτίμιον παρὰ τοῦ κατὰ
 καιρὸν ἀγιωτάτου πατριάρχου ἢ τοῦ θεοφιλεστάτου
 μητροπολίτου, τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐκβαλλόμενος κα-
 11 (4) τάλῳων. Τὰς δὲ αἰτιάσεις, εἰ μὲν εἰς ἐκκλη-
 σιαστικὴν ὁρῶν τὸ πρᾶγμα κατάστασιν, ἐξ ἀνάγκης
 παρὰ μόνους γίνεσθαι τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκό-
 ποις ἢ μητροπολίταις ἢ παρὰ ταῖς εὐαγέσι συνόδοις
 ἢ τοῖς θεοφιλεστάτοις πατριάρχεις κελεόμεν· εἰ δὲ
 πολιτικά τὰ τῶν ἀμφισβητήσεων εἴη, ἐκόντας αὐτοὺς
 τὰς τοιαύτας ζητήσεις παρὰ τοῖς εἰσημένοις θεοφιλεστά-
 τοις ἐπισκόποις προτιθέται συγχωροῦμεν, ἀκοντα δὲ
 οὐκ ἀναγκάζομεν, ὄντων αὐτοῖς τῶν πολιτικῶν δι-
 καστηρίων, εἴπερ ἐκεῖνα μᾶλλον ἂν θέλοιτο, παρ' οἷς
 12 (5) ἐξέσται καὶ ὑπερ' ἐγκλημάτων διακάζεσθαι. Ἐπειδὴ
 δὲ τινες τῶν θεοφιλεστάτων πατριαρχῶν ἐν ταῖς
 ἐπαρχίαις, ἐν αἷς εἰσὶ, καὶ μητροπολιτικὸν ἔχουσι
 σχῆμα, τινὲς δὲ καθ' ὅλην τὴν διοίκησιν τὰς χειρο-
 τονίας ποιοῦνται τῶν ὑπ' αὐτοὺς θεοφιλεστάτων
 ἐπισκόπων εἴτε μητροπολιτῶν εἴτε τῶν ἄλλων, ἐπ'
 αὐτοῖς ἐκεῖνα θεσπίζομεν, ἅπερ ἐπὶ τῶν θεοφιλεστά-
 των μητροπολιτῶν ἤδη διετάξαμεν. αὐτὸς γὰρ ἂν
 καὶ μητροπολίτης δικαίως καλοῖτο ὁ τὴν ἐξουσίαν
 τῶν ὑπὸ τὴν μητρόπολιν ἐπισκόπων ἐκ τῶν θείων
 ἔχων κανόνων. *D. xv k. Nov. Constantinopoli Lam-
 padio et Oreste cons.* [a. 530]

id est:

Idem A. Iuliano pp.

Sancimus, ut nemo devotissimorum clericorum sive a clerico sive
 a quoquam laicorum qui dicuntur statim ab initio apud beatissimos
 singularum dioecesium patriarchas accusetur, sed primum secundum
 sacros canones apud episcopum civitatis, in qua clericus commoratur:
 quem si suspectum habet, apud metropolitanum episcopum hoc faciat:
 sin autem, ut fit, ne in hoc quidem adquiescit, tum ad sacrum eius
 provinciae concilium reum indicandum trahat, ut tres religiosissimi
 episcopi, qui secundum tempus ordinationis praestant, cum metropolita
 convenient et litem in pleno synodi consessu diiudicent.

1 ¶ Ac si sententia placuerit, a negotio discedatur.

2 ¶ Sin laesum se esse putat, tum beatissimum illius dioecesis
 patriarcham appellet, cuius sententia omnino stetur, perinde atque
 si ab initio iudicium susceperit.

3 ¶ Contra tales enim episcopales sententias provocationem locum

non habere a praedecessoribus nostris constitutum est.

4 ¶ Idem valeat et si episcopus accusatur sive a laicis qui dicuntur sive ab aliquo religiosissimorum clericorum sive ab alio reverendo episcopo.

5 ¶ Vetamus enim omnino accusationes apud beatissimos patriarchas deponi accusatosque in aliam provinciam (diduci, nisi forte ideo accusatio deponatur, ut causa ad religiosissimum loci episcopum transferatur: tunc enim licebit accusationem et apud religiosissimos patriarchas deponi, litteras vero componi, ad aliquem religiosissimorum loci episcoporum, ut is causam secundum modum antea a nobis definitum audiat.

6 ¶ Nec tamen ei permitti ad devotissimos clericos se conferre et immodicis sportulis quae dicuntur citatos adfligere, quemadmodum nimirum adhuc peccari cognovimus.

7 ¶ Pro singulis enim citatorum personis non supra sextam solidi partem sportularum nomine missis a religiosissimis patriarchis et metropolititis dari permittimus, vel, si episcopus accusatus est, usque ad senos solidos pro quacumque quantitate vel qualicumque causa praestari neque quid amplius.

8 ¶ Idem valebit in metropolititis, si qua apud eos accusatio adversus aliquem episcoporum qui sub eis sunt vel illius provinciae clericorum deponatur: nam si in civilibus causis sportularum sumptuumque modum contrahere festinavimus idque lege comprehendere curavimus, multo magis in ecclesiasticis accusationibus modum servari sancimus.

9 ¶ Quod si causa a religiosissimo patriarcha ad aliquem religiosissimorum metropolititarum vel alium religiosissimorum episcoporum delata sententia feratur, una autem pars in ea non adquiescat, sed appellatio interponatur, tum ad archiepiscopalem sedem appellatio dirigatur ibique secundum id quod hucusque obtinuit diiudicetur.

10 ¶ Si quis adversus haec quid facere ausus erit, totius summae quam accepit duplum ei a quo plus exegit reddat et ecclesiasticae poenae subiciatur a sanctissimo pro tempore patriarcha vel religiosissimo metropolita e clericorum numero removendus.

11 ¶ Accusationes autem, si res ad ecclesiasticum statum pertinet, necessario apud solos religiosissimos episcopos vel metropolititas vel apud sanctas synodos vel religiosissimos patriarchas fieri iubemus: si vero civilis contentio est, volentibus tales quaestiones apud dictos religiosissimos episcopos proponere permittimus, invitum non cogimus, cum tribunalia civilia habeant, si ea magis placeant, apud quae etiam de criminibus disceptari licet.

12 ¶ Quoniam vero quidam religiosissimorum patriarcharum in provinciis, in quibus agunt, etiam metropolitae locum obtinent, quidam per totam dioecesin ordinationes religiosissimorum episcoporum, qui sub ipsis sunt, vel metropolititarum vel ceterorum faciunt, de his ea sancimus, quae iam de religiosissimis metropolititis constituimus, is enim et metropolita merito nominetur, cuius dispositioni ex sacris canonibus episcopi qui sub metropoli constituti sunt subiciuntur.